

## DE CHRONICI TEMPLARIORUM

net, ac reliquos Christianae Recipublicae Principes, milibus templi peculiarem vivendi praescribat normam, regulam concoigneret, annis omnino totidem, quoc capita ipsi constituant, expescandam.

BRIETIUS Tom. II. Lib. XI. Cap. II. &c.

GENEBRARDUS Lib. VI. &c. HENRI-

GNEVIUS Lib. I. Dift. 4. Cap. 13. PA-

RISIUS Chron. ad hunc TYRIUS Lib.

XII. Cap. VII. VITRIACUS Cap. LXV.

ANNUS CHRISTI CCCCXIX.

O R D E N I S II.

H<sub>is</sub> temporibus Teutonum aliquis numero instructus famulatu laudabilia in suae gentis homines misericordiae opera edebat, cum nulla adhucdum instituendi cuiuspiam ordinis mente per suos majoribus, pollentes viribus junctim cum Hospitalis, templique militia bellum gereret, pro religione contra barbaros, debiliores alii domi nullam facile in suos Teutones venerandi Dominici Sepulchri gratia ex Europa venientes hospitalitatis exercendae occasionem negligenter, sicutque praeclarum memorati utriusque ordinis institutum conjungeret, ut, quod non cogitaret modo, secura post tempora ordo hinc B. M. V.

prodiret Teutonicus, ueste atra superindita,  
cruce candida.

PANTALEON Lib. I.

ANNUS CHRISTI CΙCXXI.

ORDINIS XV.

**B**ALDUINUS II. eo nomine Jerosolymiac  
Rex caeteros inter inter non dudum  
institutam templi militem praeclaris ornat  
privilegiis.

PANTALEON Lib. I.

ANNUS CHRISTI CΙCXXVI.

ORDINIS X.

**N**ONNULLI hunc, sequentem alii confir-  
mati Templariorum ordinis, attribu-  
toque Regule annum statuant, male quidem  
neutri; sed hi communem Ecclesiac, pecu-  
liarem illi genitio Gallicae, cui Pascha suum  
orditur annum calculum cum Baronio securi,  
ut primum sequens trimestre isti attribui  
oportet, Gallorum a calculo sane parum  
discedit Anglicus; Anglis enim non qui-  
dem Pascha, verum dies vigilia quinta  
Martii constanter annum ordiebatur; donec  
sublato veteri calculo, annum a Kal. Jan.  
cum Ecclesia reliqua inchoari sois edictio  
publico A.C. ccccxxv. praecipuerit Carolus

## CHRONICI TEMPLARIORUM.

IX. Galliarum Rex. Auditores Templiorum  
exitio coevi supersunt annum vero mutatum  
apud Gallos asseverantes.

BRIETIUS Prol. Par. II. Quaest. XXXIII.

GUIDO in Clem. V. LADBEUS ET COS-  
SARTIUS Conc. Tomo VII. sub Conc.

Vien. NANGIVA contin. ad A. CCCXII.

PACIUS Num. XI. ad hunc STREDOUS-  
KUS Lib. V. Cap. X. ad A. 972.

ANNUS CHRISTI CCCXXVIII.

ORDINIS XI.

Quid seu scripto, sive per memoratos alibi  
nuncios Regi Balduino Divus Bernar-  
dus reposuerit, haud quidem in aprico est,  
istius tamen sedulitate factum credimus, ut  
Honorius II. Papa cogi Synodum excutiendo  
militiae templi negotio non indulgeret solum,  
sed juberet destinato in eandem, ceu Apo-  
stolicae Sedis Legato Maithaeo Albanense  
Episcopo Cardinale dicitur dies, quod re-  
gula innuit, in solennitate Sancti Hilarii A. C.  
CCCXXVIII. inchoatae militiae templi LX.  
quam quidem Du Mesnilus in Id. Jan. Ephes-  
merides per Ungariam nostram usitatae in-  
sequentem collocant, ut calculo usi Gallico  
scriptores ad annum praecedentem, nempe  
usque ad hujus anni Pescha duraturum re-  
trahant eandem.

Qua quidem die Trecis in Campania, ut  
urbis Hugonis patriae tale suo de Cive praebe-  
retur solatior, præter dictum Sedis Aposto-  
licæ Legatum, Hugonemque ipsum, & po-  
stremos quinque illius fratres, Sodalesque in  
generalem totius Gallie Synodum conve-  
niunt Archiepiscopi Raynaldus Rhemensis,  
Henricus Senonensis; Episcopum Rancke-  
dus Carnotensis, Goslenus Suezionum, Pari-  
siensis, Trecenfis, Catalancensis, Laudunensis,  
Beluacensis. Abbes Vezeliacensis, nea multo  
post Lodounensis idem Archiepiscopus, &  
Sedis Apostolicæ Legatus; Cisterciensis,  
Pontiniacensis, trium Pontium, S. Dionysii  
de Rhemis, S. Stephani de Divione, Mo-  
lismensis; præprimis Clarevallenſia in Cam-  
pania Gallica Divus Bernardus, aegerime  
iux coenobio per Cardinalem Legatum ab  
Urbe venientem detractus; Tum Magistri,  
Albericus Rhemensis, Fulgerius, alii ex-  
pertes quoque literaturæ, sed justitiae ac  
veritatis amantes; Comites Theobandus,  
ac Nivernensis, & Andreas de Bandimento  
Coram quibus postquam Hugo fundator  
instituti sui rationes edidisset, nemo omnium  
erat, qui non & has, & ordinem totum e  
vestigio approbandum, & confirmandum cen-  
seret: ut vero certa eis praæberetur Norma  
negotium communai Synodi Sententia Ber-  
nardo datur Regulas concinrandæ. Is igitur  
Hugonem Magistrum, & suos confratres  
particulatim de vita genere, domi, militiæ,  
. Iecus agendi methodo diu, multumque per-

## 38 CHRONICI TEMPLARIORUM

contratus duos ad septuaginta concinat Ari-  
ticulos \*)

Divinum officium per belli, vel alia ne-  
gotia si non audiant, orationem Dominicam  
certo numero recitandam. Recipiendos Fra-  
ters quosdam ad dies vitae, certum ad tenu-  
pus alios. Pro uno illorum defunctis Missam  
offerendam quotidie per hebdomadem, Ora-  
tionem autem Dominicam centies per ad-  
stantium fratum singulos pariter Missa sub-  
cadem iterandam. Dimensum victus cibi  
nempe potusque mortui, egeno detur, nullo  
non die, usque quadragesimum recessis obla-  
tionibus caeteris hactenus indiscrete sere hac  
occasione solitis fieri. Pro milite autem ad  
tempus obligato, si vita excedat, dimensum  
tale pauper habeat solida hebdomade.

Remanentium nulli fas facere quampliam  
oblationem particulariter. Divinum officium  
sedendo audiendum, non stando, sortibus  
aque, ac debilibus sic recitandas horas Ca-  
nonicas. Cibum communiter in eodem Tri-

\*) Quod S. Bernardus, ipsiusque scriba Joannes  
Michaelensis hujus Regule Auctores, Regu-  
lam S. Benedicti pre oculis habuerint, ad ex-  
cerpanda, quae viris militaribus congruere  
poterant, patet ex illis verbis cap. 12. *Aliis*  
*sunt dictis, videlicet secunda, & quarta feria,*  
*ut non & Sabbatho duo, aut tria legamus, ut*  
*aliorum riterum formula, est, ut ita dicam cofla*  
*palmatoria omibus sufficiere credimus: & ita te-*  
*nri fabemur, ut forte, qui ex uno non poteris*  
*edere, ex aliis reficiatur. Reg. S. E. Cap. 39.*

clino

clinio, sed per silentes capendum sub Sacra lectione. Ter in hebdomade manducandae carnes, nisi major adsit festivitas, Dominico die remanentes geminum cibum habeant, armigeris & clientibus sufficiat unus. Bini, binive manducent aequalem, vel acquipollentem habituri vini mensuram. Aliis diebus duo, vel tres, sed e leguminibus cibi sufficient. Feria VL nisi festum adsit Solennius, semel duntaxat, caeteris extra generale jejunium diebus, bis manducetur, a cibo gratiae agantur semper, omnem decimum panem Eleemosynarius in usum pauperum tollat. Collatio summenda Magistri arbitrio; vesperi antequam eatur pro Completorio, post quod petenda firata, verum silenter, nec surgendum fatigatis militibus pro Matutino, recitandas tamen XIII. Orationes Dominicas. Victus (nisi valetudinis aliud habenda suadet ratio) sit omnibus idem, & communis, nec liceat immoderata uti abstinentia.

Vestes professis militibus sint candidae indicio casutatis, non curtæ illæ, sed neque justo longiores; famuli tamen non sint concolores. Alba vestimenta remanentiuni sunt propria, qui pellibus agnimis usuri vetusta tribuant armigeris; optima cupiens accipiat deteriora. Fiant ex proportione corporum; servanda interim aequalitas pannorum Curarori. Veteratur super qui capilli, rostra quoque, ac laquei, res genitium abominan-

bilex. Singulo militi trias equorum sufficiat, nefas tamen eidem verberare armigerum gratuito servientem. Recipiendi omnino aliqui certum ad tempus cum equis, & armis, quorum dimidium relinquant Ordini, si praefituto tempore ad sua Miles redire velit; si quaepiam bello amisit, sumtu Militum Templi publico rependantur.

Promtus quisque iussa Magistri exhausiat, ne ejus injusu aut villam perambulet, aut vagetur solus; vel vero suis necessitatibus nitatur consulere; non equum, arma vel aliud alicui dare audeat. Fraena, & Calcaria non sint et. auro, vel argento ac regmen in hastis, clipeisque nullum habebatur, neque conceduntur mala, & saccus cum firmatura: Litteras unde unde absque Magistri scitu nemo accipiat, neque glorietur de culpis suis, nihil rerum acceptet, vel certe acceptatum publicum sit. Manducariis equorum lineis, vel laneis omnes careant, haud exerceant mutuo Cambia. Nefas sit aucupium exercere cum rapaci volucre vel incedere cum Aucupe rati. Fera praeter iconem fors, nulla ferenda. Judicium sententiis milites ubilibet obaudiant, & Regulæ huic quoad res omnes deferantur. Non impugnatur, quo minus Templi militia terram possideat, & homines; cura agrorum commendatur pervigil, quicis necessaria tribuenda semper, neque niuvio frantes provocandi ad iram.

Recipiendi etiam conjugati, at sine amictu candido; si frater portionem in Bonis suam Ordini, dimidium pro alimonia coniugi relinquit. Sotoribus careant; dein, neque communicent cum modis fidelium communione. Posse quidem, at multa cautela e seculi militia recipi aliquos in Ordinem, modo probationem arbitrio subeant Magistri. Ad pertractanda graviora negotia in arcane quosdam tantummodo fratrum vocandoz, haud omnes. Orandum cum silentio, & a temporariis clientibus, atque armigeris fidem juris jurandi exigendam.

Rejiciendos ab Ordine parvos pueros, senes, habendos semper in veneratione, neque destinatos remotiores ad Provencias fratres in cibo, potu, aliisque Regulse adstringi semper. Aequalitas victus servetur in remanentibus fratribus, qui decimis sponte per Episcopos concetti frui poterunt. Leves culpas teneantur Magistro profiteri, si hic prius deprehendat, gravius castigandi. Frater animo tumidus, neque patiens disciplinas, proturbandas ab Ordine, sed concilio Patriarcha. A Pascate, ad Cal. Nov. linea rantium utendum subucula; singuli nisi inevitabilis urgat necessitas, cubent scorsim, quorum lecticis saccus, culcitra, & cooperatum creduntur sufficere. Aemulationem, invidiam, mormur, ceteraque talia maledi, quia de ecclesiarum officiis sive,

36 CHRONICI TEMPLARIORUM.

mater, soror, amita, vel quaecunque alia  
suerit, vitanda summo studio esse statuuntur.

Istaec praescribit Regula, Bernardi upi-  
que opus, quae per Synodum approbata,  
per Joannem Michaelensem Scribam in in-  
strumentum redigitur praefixo titulo: *Re-  
gula Pauperum Communitonum Christi, Tem-  
plique Salomonici, & praeinserto prologo,*  
quo cum alia, tum praesentium speciatim  
Patruni, Militumque Templi nomina, tem-  
pus, locumque Synodi pro sui ratione  
temporis, unde & nos expressimus, sanis ac-  
curate complectitur.

Bollandus inductu praecipue Mabillonii  
ambiguam Bernardo deprehenditur plures  
quidem ob circumstantias reddere Templa-  
riae Regulae compositionem, quod in ope-  
ribus Bernardi nulla ipsius mentio, & non  
desiderentur, plura longe serius, ac post  
Bernardi facta duntaxat, ad juncta visa. Ap-  
pellatus per Baldum Regem ut supra,  
designatus a tota Syhodo in Ordinis nego-  
tii, ad tradendam Militibus, certam vi-  
vendi normam, congregata, teste in pro-  
logo ipso Michaelense, fuit Bernardus, cu-  
jus sententiam praescripti, nempe Patres:  
*libera voce collaudabant*, et quara nisi Re-  
gulam, cum de Ordine duntaxat Militias  
Templi, nec aliis rebus actum in Synodo,  
sed neque de alia Bernardi sententia, quam  
libera, ut profertur voce Patres collaudar-  
ier, palam confit. Exclusis cap. Bernd-

di modestia reliquorum operum congerie, ut majoris evadat auctoritatis, ubi publico Synodi, ac privato viri unius prodierit nomine; ut enim non sponte fortassis ejus concinnandae onus subierit Bernardus, sic e converso potentibus id ipsum & Regis & Synodo repulsa dedisse non proditur, non licet, quod turpis innobedientiae sit convincendus prius tanta vir sanctitatis illi, quisquis deinceps hanc Bernardo Regulam abjudicare perelexerit.

Nobis interim satis sit, quod Institutum Militiae Templi hac in Synodo non perfunctorie, sua per Patres librarium statuta, praescripta fratribus alba vestis, Regula ipsa sive Bernardi, seu Michaclensis, vel alterius opus, mox a Stephano Jerosolymae Patriarcha, dein ipso Pontifice Horario expeditam non difficulter nanciscetur confirmationem.

LABBEUS & COSSARTIUS *Conc. Tomi VI.*

*Part II. TYRIUS Lib. XII. Cap. VII.*

*VITRIACUS Cap. LXV.*

ANNVS CHRISTI CCCCXII.

ORDINIS XL.

Quod Hugo Magister reuissis in Orientem caeteris fratribus, tum adhuc experendorum a Christianis Principibus auxiliorum gratia per occidentem discursans summo nisu expetebat, Divus Bernardus

## 32 CHRONICA TEMPLARIORUM.

scribit tam sermonem exhortatorium \*) ad Milites Templi, quam dedicatoriam ipsum ad Hugonem Epistolam: utrumque in ejusdem legitur operibus. Institutum Milites, vivendi, & militandi methodum satis celebat, verum de talibus praeconiis jure dixeris illud, quod vel Eruditorum non pauci de Cyro Xenophontis, vel Carolus V. Imperator Lutetianum ad oratorem: non quales revera sint, sed quales esse debent Milites Templarii, operose assertum esse; ac ordinis Pontificii pariter, ac Patriarchae probati suffragio, vox ingens fama adeo quidem, ut Joannes Comnenus Orientis Imperator Latinis, Rajmundo Principi Antiocheno, ac Tripolitano Comiti, foedere illigatus, peculiare sanxerit cum Templi Equitibus, quorum augmēta, & autoritatem toto Ordeneum cum tam satis praevidebat foedus.

\*) Hic Sermo exhortatorius factus fuit Anno 1131. ut constat ex Anna Vite D. Bernardi, ut patet quibus membris ortos sui tempore Ordo Templariorum constituit. ex ipso Sermone D. Bernardi Cap. 5. haec defunctorunt: Illa autem ex milie fratres, milie clavis eius C' maris saltem, quem quod pater Joannes Templi Milites regna doni, nisi fratrem, C' templi, capores, C' fratris, latrones, ierarii, adulteri, quorum omnia concurso duplex horum prodidit, dum omnia pectora a multis cibis ibatim, C' terra ferre, cui frumentis, de his enim omniis latentes, sic nunc Christus in Christians, presentis milibus, pacibus enim milites sunt, sed et adversaria regnorum principes.

S. BERNARDUS. in ProL KERIUS sub  
Joanne Commodo.

ANNUS CHRISTI CIOXXX.

ORDINIS XIII.

Dicitus Magister Hugo Legatione arbitrio Balduini Regis, ad occidentis Principes subsidiorum gratia satis industrie, nec proflus infeliciter defunctus, cum quibusdam aliis piis, & religiosis viris, ingenti pariter armatorum, sed destinatae Damaci obsidione, nondum pari multitudine in Orientem revertitur.

PANTALEON Hist. Joam Lib. I. Tyrrius  
Lib. XIII. Cap. XXVI.

ANNUS CHRISTI CIOXXXII.

ORDINIS XIV.

MILITES Tempti Regule de praescripto viventes in continentia, cum quae vel ipsi aggregare poterant, vel Christiana liberalitas elemosynae titulo conferebant in agros, siisque bellum gerentes, ac pauperes, qui Jerosolymam veniebant, primitissime expenderent, ab Ecclesiis Præfulibus, & principibus laicis terras, prata, nemora, & materialia condendis necessaria coenobialis spontanea oblationes acci-

40 CHRONICI TEMPLARIORUM  
piunt, conspicuisque augeri opibus incipiunt.

MONTANUS ad annos p[re]af.

ANNUS CHRISTI CCCCCXXIII.

ORDINES XVI.

**C**LADEM accipiunt Templarii omnes interfecti praelio, quo per Sanguinum bellicosissimum Turcorum principem Fulco Rex Ierosolymae victus est: quamquam Hugo Magister seu priore, sive nova legatione non exiguae ab Occidente illi adduxerat suppeditas.

PARSIUS M[is]t. in Henric. J.

ANNUS CHRISTI CCCCCXXIV.

ORDINES XVII.

**A**LFONSO IX. Aragoniae, ac Navarre Rex dictus Hispaniarum Imperator testamento regnum suum permittit Milicibus Templi, quive Domini Ierosolymae custodiebant Sepulcrum & Iordanum, procurabant Hospital.

SURITA Lib. I.

MUNDO: EBBE RUMOR.

## ROBERTUS BURGUNDIO \*)

IL MAGNUS MAGISTER.

ANNUS CHRISTI CXXXXVI.

ORDINIS XIX.

TEMPLARIS MILITIA regimur supplicatur.  
SCHOLARIBUS P. I. Disp. XXXVI.  
Num. XL.

ANNUS CHRISTI CXXXXVII.

ORDINIS XXI.

TURCOS, qui Jordane traxo Fossiam  
urbem evictarunt, - accutus cum feci-  
rum, & Joannitarum nonnullis Jerosolyma  
Magister Tempilli Robertus cognomem-  
to Burgundio, sola sui adventus fama, Afca-  
lonem versus reprimit, cum tandem viator  
miles praedae magis intenderet, ac perse-  
cutioni fugitivorum, hostis cognita per ex-  
ploratores nostrorum dispersione, reveritus  
novo superior prælio, viatora turpem in  
fugam per loca satis impetrata compellit;  
caecis variisque militaris ordinis fortissimis

\*) C. G. Anton pag. 99. Robert filius primus  
Burgundie 1140, dominus 1148 in exercitu  
de leviori.

## 46 CHRONICA TEMPLARIORUM

quibusque, ac nobilissimis, quos inter haec postremi nominis Otto de Monte Falcone fuerat, vir in quo nec strenuitatem desiderares, nec peritiam belli ").

PANTALONI HIST. JOM. LIB. L.

ANNUS CHRISTI CXXXLVIII.

ORDINIS XXXL

TEMPLARIOS Crucis e panno rubro vestie, pallioque praefendae nota discretos ab aliis Ordinibus, sub, vel ab Eugenio III. Pontifice produnt Scriptores plenique, subdicto, quo id eventit, anno pauculi habent CXXXLVI. Sed hi, & illi, quo loco, quive id actum omnino silentes, unus Sigonius ait anno praefente "): Rhenensis Decreto Concilii; nec male, si circumstantiae penitus excutiantur, ut Gallicae ordo fundationis a Generalibus Gal-

\*) Sub Magistro Roberto Anno 1141 Coelestinus II. constitutione III, Fratres S. Sepulchri seu Templarios sub protectione sua recipit, omniaque bona que haberant Ierosolymis, Tyri, Ptolemaide, Antiochiae, Troja, Roudui, Beauforti ipsa confirmat.

\*\*) Ab oblio hic annus adignandus velet adignitatis Crucis e panno rubro Templaria defendentes, cum Concilium Rhenense 1143. convenerit it, in quo Dugomarus prefudicatur T. 2. fol. 223.

Harom Synodis, Trecenij confirmationem,  
ac Regulam, Rhemensi Crucem accepisse  
non sine causa censendus sit. Quod si ergo  
Rhemensi unique debaverit Crucis collatio,  
annus itidem praesens trahi negavitur in dia-  
bium, quo ipso Rhemis in Campania, Prae-  
side Papa Eugenio, & praefente Divo ben-  
tum Bernardo celebratam summi Galli-  
rum, & quies in rebus patriae omnino des-  
serimus, Chronologi circa, praterque  
ambages confundimus.

Templarii Sancti Hectenus, pñ, ac digni  
laudibus, quas ipsius purpuratus scriptor ex  
vero circum ponit. Fundebant copiosum  
in defensione terræ sanctæ crucem, cui  
jus officii monebat ipsorum crux cooco-  
lor, ut vestium candor ad vitæ innocen-  
tiæ: illa odogona qualis Joanniterum,  
non duplex, & quasi Patriarchalis Unige-  
nicae nostræ ad instar, eti hanc Hieronymus  
Romanus Scriptor Ibericus Libro VII.  
fuae Mundi Reipublicæ ob oculos expref-  
sam ponit. Vexillo mihi bicolore albo, &  
atro Buceasur dico, ut se Christicolis  
benignos; nigros autem, ac terribiles  
crucis boñibus, & Christianæ dictionis in-  
vocationibus praeflare noſſent: ob quas alias  
que virtutes tantam a difficit etiam Christianis  
experience liberalitatem, ut aegre in-  
venienda foret orbis nostri Provincia, quæ  
non suorum illos honorum participes red-  
didisset.

## 44. CHRONICA TEMPLARORUM.

Nec Signatores privati Nobiles, Proceres, Principes, Praelati suo eos dictabant, vel argento, bonisque immobilibus, vel plane Ordinem ipsum professi, haereditates integras adferebant. Numerus increascebat eousque, ut in conventu fratres essent plures trecentis, & istud non adnumeratis servientibus, aliquique vix recensendis. Autem capitum censu, opes tamen non saltem oīl minuerbantur, quin per Asiam, ac Europam, sive ut veteriores loquuntur circa, & ultra mare protendebantur tantopere, ut IXCII. Maneatis, \*) sive ut alii VII. CCCC. Domus numerarent; Singulum illud par militi probe armato in subsidium Palaestinae, vel circa sui gravamen statuendo. Quadragesies mille insuper commendatur fruebantur, non exsuccis illis, aut tenuibus, cum praecipuus convenitus annua in reditu haberet aurorum millia centum sexaginta, plurimum accederet ex Fraternitatibus, Praedicationibus, aut etiam Artibus corradendi reliquis: sic exercitu, opumque affluentia Regibus effecti bona impares, quin superiores, seris per-

\*) Tradit Mathaeus Parisiensis ad Annos IIII  
corum possessiones tam circa, quam ultra mare  
ad eo tempore suffit, ut jam non sit in Ordo Christi  
anno Provincia, quae eis novem seorsum perti-  
cium non contulerit, & Regis divitis batis pro-  
fessores fuit. — — deinde ad Annos V244. P.  
144. in Christianitate habuisse eos novem mi-  
lia Manserunt, qui habitudinem cum certa  
Agri possessione.

multum, quod domestico supererat usui, abundique mittebant Jerosolymam, sed genimo annuatim suri milione, minus nequit quam, ut bello sacro sua non deesset nervus, ni divisiarum copia fecisset inopiam virtutum.

Subcunte insolentia, spreta humilitate, obedientia primum negatur Patriarchae, a quo primo post institutionem Ordinis accedere beneficia. Ecclesiis Dei substrahuntur Decimae, primiisque turbaris illarum possessionibus, templi Milites adeo prius cari, aestimati, accepit, molesti sicut, & odiosi: Principibus imprimis sibi, statui publico, & communi Christianae Reipublicae tranquillitati ab eorum insolente potentia, & ambitione haud ex vano menentibus. Hos, aliosque viros illustres fastu, aut injuria offendunt potius, atque cultu, submissione, officiis sibi devinciunt. Familiarum bona cum mobilia, tum immobilia rapacium instar Harpyarum occupare omnia nuntiuntur. Regnis inhiant, Regionumque provincias, aut emunt pecunia, aut emendicant prece, aut vi, & fraude involant, potentiorum amicitiam contempnunt, & foedera, & litteres, ac iurgia, vel serunt, vel sovent. De opibus immensis dare perceptibus aut renunt, aut dant, ut plus accipient; quam profecto viam quoquis facit, pergitque, sive singularis persona, sive ordo universus, laque numerosissimus & devitius, ac potenter florentissimus ad excium preus

## 46 CHRONIC*I*TEMPLARIORUM

non vadit, sed currit; si tardius incurrit, mora supplicii gravitate pensatur. Palam hacc facta in Oriente.

Damascum obsidione cingebat ingens Christianorum exercitus praesente, ut taceamus alios Ludovico Rege Galliarum, & admovenda instabat urbi vis ingenti defensorum terrore. Templarii ut orientalium rerum peritiores, susceptis primis oppugnandi partibus stationem loco castris, & urbi medio desigunt, clam cum Saracenis tres aeris corbes depacti, si Urbem praestant salvam, & efficiunt, quod Rex caeterique nullo facto operae pretio ab Urbe recesserint, ipsique Templarii ex pacto tres quidem corbes pecuniae a Damascenis, at cupreac, condignam nempe mercedem proditionis, non argenteac, minus aureac, per contumeliam depenos, vellent, nolent acceptare coacti sunt. \*)

\*) Lubet hic meminisse de hac proditione, quae habentur in Monastico Anglicano vol. altero edit. Londinae. 1671. ex M. S. Historiae Anglie Fol. 518. sunt autem sequent. Anno Domini MCXLVII. Hoc anno Conradus Imperator Alemanias. & Ludovicus Rex Francie una cum Regina sua Ilionora, & Theodosius Comes Fletrias, multique nobilis. & ignobilis Franci, & Aquit. Norm. & Britonar: sed & multarum Regionum Viri, peregre prefeciti sunt Hierosolimam ad debellandum Paganos, qui non modicae similes terras illas occupaverunt quantitate, sed Christiani multis laboribus vacatis, expensis perditis, nullum

GÜRTLERUS. §. 159. MONTIUS. Tit.  
 Templ. Equit. Ord. PARISIUS in Chro-  
 nico. TYRUS Lib. XII. Cap. VII.  
 VITRIACUS Cap. LXV. ZEDLERUS.  
 Tomo XLII. Int. T. voce Templi Ma-  
 gnum Chronicum in Syriacis Num. 143.

vel modicum, hoc vice, reportaverunt triumphum:  
 Nam propria temeritate, & severitas gentis in-  
 dastria sive ad nibilum deducti sunt. Rex autem  
 Francie Ludovicus, cum eorum modo exerceita qui  
 per terram ventravit, obicit Damascum & fere  
 ad deditioem coegerit, interfecit de gente Pagana,  
 qui aggressi fuerant ad pugnandum contra Christia-  
 nos fere decem milibus; cum autem Civitas Chris-  
 tianis reddenda esset, accesserunt Templarii, dicen-  
 tes se primi habitatores pagani, ut omnes deinde  
 in Cœnam Virorum obtinente statuerint itaque  
 tunicae fuerint Civitatem, & pavimentum Christiano-  
 rum, & cum his, qui erant in civitate Pagani prodi-  
 gationis peccatae inhaberent, Crossigiles eorum agnoscentes  
 capillitatem premisserunt eis tres Codas plenus Hi-  
 sanctis auris, & eis ab obditiis liberantes: de-  
 hinc itaque Christiani per Milites Templi, & Da-  
 masci recenserunt, post modicum cum eorum Templarii  
 premissos a Crossis recipisset Codas, in eisdem  
 non summi curiosi, sed expios inveterati, Mi-  
 rabilique adiunguntur.

48 CHRONICI TEMPLARIORVM  
EVERARDUS DE BARRIS

III. MAGNUS MAGISTER.

ANNVS CHRISTI CIOCLIX.

ORDINIS XXXII.

GAZA vetus Philistaeæ Pentapoleos urbs  
e Sacris nota litteris, diu deserta, jam  
e ruderibus resuscitata, donatur Templi  
Militiae, construeto in quadam illius parte  
castro fortissimo; Templarii qua propter  
non urbem solum, sibi creditam generose  
defendunt, verum & circumjectos hostes  
lacebunt sine intermissione, ut parta fini-  
bus Regni ab austro contr' Aegyptum se-  
curitate, barbaro neque Ascaloni suæ suc-  
curre, neque nostros invadere obstante,  
Gazensium vigilantia fas relinquetur. Jus-  
si tamen Templi Equites lentam Ascalonis  
juvare obsidionem; quibus apud Polenos  
revertens ab oriente Dux Henricus in Za-  
gosce pago Nidam ad amnem Templum  
cum Paroecia erexit dote addita perquam  
luculenta.

CROMERUS Lib. VI. sub Boleslao Crispo.  
PANTALEON Hist. Joan. Lib. I. TY-  
RIUS Lib. XX. Cap. XXI.

ANNVS

ANNO CHRISTI MCLX.

ORDINIS XXXIX.

NICOSIAE in Cypro mortales ponit exuvias  
IX. Kal. Jun. e Templi militia Joannes de  
Montford, numerofis ad tumulum clarus  
prodigis, & incorrupto dia corpore, ut  
ejus festivitas dicta in Urbe officio Eccle-  
siastico quotannis incepit. Cuius illo  
adjungendus merito fuerit. Beatus Everardus  
ex magno Templi Magistro, quod munus  
propria spose ponebat, Monachus Cileno-  
censis, libet, ac ense futurus celebrator.

SARTORIUS Cifaro. T. XIX.

HUGO II. \*

MAGNUS MAGISTER.

ANNUS CHRISTI CLCCL.

ORDINIS XXXIV.

PONITUR ad clavum equestris Templi  
militiae.

DUFRESNIES Tomo III. sub anno Tunc  
plurimi.

---

\*) Hujus in Appendice I. nulla memoria in  
serie occurrit. C. G. Anton p. 27. posuit illam  
Praefecturam ab anno circiter 1150 - 1155.  
cujae nomen ualeat in Privilegiis Joannitiorum  
ad annos sigilli occurrunt.

CHRONICI TEMPLARIORUM  
FERDINANDUS <sup>(\*)</sup>  
DE TREMULAY.

V. MAGNUS MAGISTER.

ANNUS CHRISTI CICLII.

ORDINIS XXXVI.

**O**NSESSAM diu Ascalona , per quodpiam muri foramen suggesta Templariorum quinquagena tota per hostem , nemio ut super esset, deletur; Christianis reliquis adeo contritis, ut parum abesser, quin obsidio relinqueretur. Bernardus, imo Tremulayus Magister cum suis visa inevitabili urbis ruina, aditu caeteris praeccluso, ut majoribus spoliis frueretur, solus XVIII. Kal. Sept. turre sua admota, & muro subruto cuniculis, robusto Ripatus suorum cuneo irrumpit, fixoque in Urbe placea gradu, ab accurate deffensorum multitudine concisis fratribus, sive hic, sive praetio quopiam capitur ab Aegyptiis, ut quod semper alias adverti potuerit:  
*Non habet exercitus sordida præda bonos.*

Rebus Ierosolymitanis sat adhuc prospere decurrentibus, Rabeis Princeps Aegyptium, ut filium Noscredinum in id dignitatis prævehere quiret, perimit Sacris Praefectum

---

<sup>(\*)</sup> Non Ferdinandus, sed Bernardus vocandus,  
ut bene in chronica.

Calypham Numinis loco culrum, dilectumque a suis; quos magis, ac principio crediderat infimos sibi expertus Habeis sugam adornat cum tota sua familia Damascum, sed per Templarios, caeteraque quos hi excire studuerant Christianos infidiles cum integra Substantia excipitur. Cedit Templariis in sortitione Spoliorum Nosferendum audacia, bellique peritia tota Aegypto hoc conspicuus, solo formidabilis nomine, torvo autem aspectu, terrorem incutens sine consolatione. Divitiae apud militem templi demoratus, percepdis jam & Romanis litteris, & prioris Religionis Salvificaे rudimentis, quanquam summa expeteret Baptismum aviditate, sint hoc tamen Aegyptius ad mortem illum postulantibus LXXI. aureorum Summa per Templarios venditur, aque injectis manicis, & pedicis ferrea in cava super Camelis in Aegyptum relatus, inhumana hostium desiderus ministrans in fructu conciditur, ac mordetum discerpitur.

S. Antonius Par. II. Te. XVII. Cap. IX. S. Pantaleon His. Jam. Lib. II. Tyrus Lib. XVIII. Cap. LX.

5. CHRONICI TEMPLARIORUM  
ANNUS CHRISTI CICLVII  
ORDINES XL

NORADINUS Sanguinii filius percepta Manu  
elis Comneni Imperatoris contra se ex  
peditione, Magistrum militiae Templi Tre  
mulaicum cum reliquis quos habebat, di  
misit e Captivitate.

CXVAMUS Lib. IV. Num. XXII.

BERTRANDUS  
DE BLANCHEFORT\*)  
VI. MAGNUS MAGISTER.

ANNUS CHRISTI CICLVIII.

ORDINES XLI.

TREMULAYO vita functo succedit Noradi  
nus. Videns, quod Balduinus III. copias  
reliquas dimiserit, nec nisi suorum pau  
cissimos reniverit, quem tamen Blanche  
fortius Templi Magister, & sui deferere,  
nullatenus voluerint; venit nihilominus &  
hic Magister in manus hostium, & plures  
viri Nobiles, postquam incutens Noradi-

---

\*) C. G. Anton p. 42. ponit hunc quo 24  
Magistrum videt ab anno 1154 — 1165.

nus fratrum templi pterisque, cum sociis  
de Regis exercitu prostraverat. Haec in  
Oriente. Mauri ad Occidentem imminentibus Ca-  
latravae, perverstissimae novae Castellae, fuit  
Regni Toletani in Hispania ad Anam fin-  
vium Ur: nec factis Templariis in praefatis  
constitutis nimisi ad defendendum, quia  
formulis nec virium, suscepta per hos intempi-  
ante adventum fuga, nubat Urbis casus  
dispendio Hispania.

PANTALONI HER. JOAN. LIL. II. SARTO-  
RIUS CYLVS. TIT. XIX.

ANNUS CHRISTI CCCCCLIX.

O R D I N I S X L I I .

ALEXANDER III. Papa Templariis conces-  
sam ab Adriano IV. suo praedecessore De-  
cimarum immunitatem confirmat, ne nempe  
has teneantur pendere a terris, quas vel  
manibus, vel impediis certe propriis ex-  
coletent. \*)

PALAVICINUS Tomo I. Lit. C. nro G.  
floro.

---

\*) Alexander III. constitutio g. laudando Or-  
dinem. & Ecclesiam id praebat.

**De Chronice Templariorum  
ANNUS CHRISTI CICLVII  
ORDINES XL.**

**N**ORADIMUS Sanguinii filius percepta Ma-  
nuelis Comneni Imperatoris contra se ex-  
peditione, Magistrum milicie Templi Tre-  
mulaicum cum reliquis quos habebat, di-  
misit e Captivitate.

CYANUS Lib. IV. Non. XXII.

**BERTRANDUS  
DE BLANCHEFORT\*)  
